



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensiſ Princeps ||
Elector, &c.**

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

Caput Vigesium septimum. De incolumitate cuidam contracto reddita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

A mihi Dominus, nec unum quidem capitulum in his dialogis me finxisse; quod si aliqua fortè aliter sunt gesta, quam à me scripta, magis videtur imputandum esse, à quibus mihi sunt relata.

Caput Vigesimum sextum.

De familiare quodam Ducis Limburgensis, cuius pollex contritus sanatus est.

EODEM tempore quidam è familia Ducis Limburgensis, pollicem contritum habuit. Venit ergò Coloniam, & cum manum ceream ad sepulchrum martyris obtulisset, curatus est.

Caput Vigesimum septimum.

De incolumitate cuidam contracto reddita.

ALIJS in eiusdem Ducis castro natus, miserè contractus fuit. Ei ironice dicere solebant nobiles principis illius: Abi, abi Coloniam ad S. ENGELBERTVM, vt sanet te. Ita illi insultabant martyri propter veteres similitudines, quæ Duci eorum cum ENGELBERTO intercesserant.

CTandem homo abiit Coloniam, & tribus continuis diebus orans a-
 pud sepulchrum martyris, exauditus est. Cumque domum reuertisset, redditur
 & cum nobiles illi, atque alij eius regionis homines sanum viderent, incolumi-
 quem biennio fœdè contractum nouerant, pudefacti dicebant: Iam ^{tas.}
 reuera cernimus Archiepiscopum ENGELBERTVM sanctum esse.

Notatio ad Caput Vigesimum septimum.

D §. Eiusdem Ducis.

Dux iste Limburgensis erat Walramus, de quo *lib. 2. c. 12. p. 167.*

§. Castro puta Rodensi.

Sic enim manuscr. codex habet Hertzen-Rode quod Ducis noualia sonat. Oppidum est cum castro, non adeò amplum, sed concinnum & veteri arte cõspicuum,



Hertzen-Rode.